PERSONÆ.

Ansberta, & ejus Comites.
Bertulſus, & Chorus Captivorum.
Sultanus, & ejus Aula.
Perſonæ Choricæ.

ARGUMENTUM.

Bertulfus, Germaniæ Princeps, cùm terram Sanctam peregrinus inviſeret, à Barbaris captus Ansbertam Conjugem per literas rogavit auxilium. Hæc ſcripto quidem preces Mariti abnuit; at habitu virum, ut pudori conſuleret, mentita, & Ansbertæ nomine in Bartenæ mutato, poſt longum iter ſeſe in aulam Tyranni inſinuans, ità ejus animum ſuavitate cantûs permulſit, ut ab eo copiam promeruerit petendi, quod lubitum foret. Illa ergo primùm captivos omnes ſiſti poſtulans, tum ſibi unum (Bertulfum ſignabat) donari flagitans, ſimul facultatem cum illo abeundi petiit, & impetravit. In itinere cùm non procul abesſent à domo patriâ, ituram ſe aliò ſimulans Ansberta, Maritum celeritate prævertit, & induta conſuetum habitum, adventantem poſtea Bertulfum quaſi ignara omnium opperitur. Subinde à cognatis perfidiæ conjugalis accuſata, & à Marito duriùs increpita, cum lacrymis ſecesſit in ſecretum conclave, ubi virili reſumpto habitu ad Bertulfum rediens, poſt ſimulationem aliquam perſonatum exuit Fidicinem, & Bartenam denuò in Ansbertam commutat. *Vide ſis Acroam. Biderm. Avanc. & alios.* Ut poëticè res tota pertractetur, & leges Tragœdiæ accuratè obſerventur, eandem ordinavi, ùt ſequitur infrà.

Errata corrige.

ag. 2. verſ. 2. *id* lege *hoc.* pag. 6. verſ. 7. *orra* lege *ora.* ibid. Well/ lege Welle. .10. verſ. 20. *juvat.* dele punctum. pag. 27. verſ. 9. *Ad cujus juſſa,* lege *ad juſſa ujus.* pag. 31. loco versûs: *Magne Sultan* &c. canitur hoc metrum: *Sultane axime, Regnator optime, Terrarum gloria* &c. *Quot igni ſunt favilla* &c. *Ibidem* nte verſum: *Nunquam voluptas &c.* lege: Ansberta coram Sultano ſaltat.

Actus I.